

esse neces-
tatez su-
rioribus.
inde no-
dicēdū
supiora
causa
licet
signa
erum.
¶ q̄s
eps.
suluisse.
ota pro
lo ofilio
umri siue
ciat ar-
em siue
on. sic p
la voca
one pu-
tur qui
ocat de
cum ad
dicium

occurrit. **¶** huius autem dicitur
bui. Na puenire ista ad noticiā demonū
p nōnulla ec̄ expimētaptū ē. Sed vtrū
signa quedaz dent̄ ex corpore cogitātū
illis sensibilia nos aut latētia an alia vi spi-
rituali ista cognoscant. ā difficillie p̄t ab
hōmībz ā omīno nō p̄t inueniri.

Quod autē sortilegiā diuini fi-
cellare noluerit ē cōmūcādi
sūt. rōne et auctoritate pb̄ ac̄.
¶ Est enī quoddā genus cultu-
re ydoloꝝ ex demonū ofultacōibz futu-
ra p̄dicere. P̄icut enī auarus q̄ cultū deo
debitū nūmo impendit y doloꝝ cultor ab
ap̄to noīatur. sic illi qui futura que ex dei
oraculo nōnunquam reuelata inueniūt
vel demonū ofultacōe uel q̄buslibet p̄sti-
gis inuenire laborāt. diuinitatū ima cre-
aturis attribuiūt. futura enī p̄scire solius
dei ē. qui in sui cōtēplacōne etiā angelos

caplo. xxx. **S**acris officis de ditos
gicos vel meātatores existē.
lateria q̄ aiaz suaz vicula ad
aūt q̄ talibz rebus vtūtur pro
iustimus. **¶** Itē ex ocilio cole
pitulo. xxx. **H**onore p̄tate
gas vel auri.

Non oportet
sacris officis de ditos
gicos vel meātatores existē.
lateria q̄ aiaz suaz vicula ad
aūt q̄ talibz rebus vtūtur pro
iustimus. **¶** Itē ex ocilio cole
pitulo. xxx. **H**onore p̄tate
gas vel auri.
Peps aut pressor ā diaconi
libet de ordinibus deicoꝝ ar-
cātatores ā ariolos ā c̄re aug
nilegos vel q̄ p̄ficētur artē ma-
eoꝝ. filia exercētes cōsuluisse
fuerit. ab honore dignitatis
mōstern curā excipiat. ibiqz p
tue deditus scelus admittis sa-
uat. **¶** Itē ex agathēh cōcilio

rependi eos. **¶** Itē ex
si caplo. xxx. **S**acris officis de ditos
gicos vel meātatores existē.
lateria q̄ aiaz suaz vicula ad
aūt q̄ talibz rebus vtūtur pro
iustimus. **¶** Itē ex ocilio cole
pitulo. xxx. **H**onore p̄tate
gas vel auri.

IX. B. 5 315.

45.

Sod

~~IX. B. 5 315.~~

~~XXVIII. 9. ou~~

2.2. 8. King Bibliothekskopie. 19. G. Heber in D. 1690.



521.
30

AUSPICE CHRISTO
DISPUTATIO JURIDICA
De
TERTIO IN-
TERVENIENTE,
Quam

Autoritate Magnifici & Amplissimi Jureconfulto-
rum Ordinis, in Illustri ad Albim
Academia,

P R Æ S I D E

JOHANNES STRAUCHIO,
Jcto, Elect. Sax. Consiliario, Collegij Juridici
Ordinario, Decretalium Professore Publico, Curia Ele-
ctoralis & Consistorij Ecclesiastici Assessore.

Publicè ventilandam proponit

AUGUSTINUS STRAUCHIUS
Delitianus Misnicus.

Ad diem 2. Martij. horis antemeridianis.

WITTEBERGÆ,
Excudebat JOHANNES RÖHNERUS,
ANNO M. DC. XXXVII.

A. M. D. C. C. L. X. I. I.
DISPUTATIO JURIDICA

TERMINO IN

TERMINO

ANNO DOMINI MDCCLXXI

JOHANNES STRAUSS

Mag. J. C. Sax. Consiliarius, Collegii Juridici

Ordinis Doctorum Juris et Legum, et
Consilii Electoris Palatini

AUGUSTINUS STRAUSS

Mag. J. C. Sax. Consiliarius, Collegii Juridici
Ordinis Doctorum Juris et Legum, et
Consilii Electoris Palatini

PATERBACH

Excuditur in Typographia

Joannis Baptistae Paterbachii





Quod DEUS benè vortat!

Proœmium

Quùm in omnibus quidem, maximè tamen in Jure, quod ars æqui & boni dicitur, *l. 1. in pr. D. de J. & J.* spectanda sit æquitas, *l. in omnibus 90. D. de R. J.* ideò multa contra rationem, disputandi pro utilitate communi recepta esse, ex innumerabilibus rebus probari posset, *l. ita vulneratus 51. §. 2. in fin. D. ad L. Aquil.* quod tantus defensionis, & innocentia favor sit, ut nunquam excludi debeat. *Clem. Pastoralis, desent. & re jud.* Hinc licet Jure stricto, ac secundum ejusdem Regulas, jus semel latae sententia, elapsis appellationū fatalibus, controverti amplius nequeat, *t. t. D. de re jud. nec liceat ab executione provocare, l. ab executione, s. C. quor. app. non rec.* aut lite pendente aliquid innovare, *t. t. X. ut lite pendente. nib. innov. & sexcenta alia interdican- tur*: Ea tamen mutatis circumstantijs, justaq; superveniente causâ, susq; deq; habentur. Cui rei, ut plura paucis dicam, argumento vel unicè potest esse jus Tertij, quod lite inter alios actâ, quia & per sententiam definitâ, si tamen illi exindè ullo modo damnum & gravamen inferri possit, attendendum ac omni diligentia examinandum est. De cuius Tertij interventione, cujus utilitas non eget commendatione, ipsa enim se satis ostendit, *l. 1. D. de in int. Restit.* nonnihil in præsentibus, quantum per tenuitatem Ingenij fieri poterit, tractare

animus est, ductu Legum & Interpretum, quos tamen non totis plaustris, ex quo nonnulli laureolam quaritant, Osvv. Hillig. *in Prefat. part. 1. Don. En.* ad omne verbum convehemus, sed ex infinitis præcipuos, atque præ cæteris Instituto nostro deservientes adduxisse sufficiet. Tu Sancta & Individua Trinitas, gratiâ Tuâ inter Nos de Tertio interveniente disputaturos interveni, obsecro: si qua erramus, deduc in viam; si titubamus, confirma; ac concede, quæ Tua est clementia & misericordia, ut omnia cedant in Nominis Tui gloriam, & nostrorum omnium cum temporalem tum æternam Salutem.

THESIS I.

Tertius Intervenens, missis ab Instituto nostro alienis in Jure acceptionibus, Nobis est persona pro suo jure & quali quali interesse in Judicio ad litem motam inter litigantes interveniens. Vocaturque Interventor, Reinh. Bachov. *in not. ad 2. vol. Tr. Diss. 23. thes. 5. E. Adhærens, c. 4. §. alioquin de elect. in 6. Adjunctus*, Jod. Damhaud. *in prax. civil. c. 98. Medius*, Didac. Covarr. 2. *var. resol. c. 13. in pr.* Tertius Oppositor frequentissimâ locutione, Idem. *n. 1. & c.*

II.

De quo ex eâdem lite [alioquin innumeris ferè modis posset Tertius dici intervenire] intercedente nonnihil impresentiarum acturi, Eum consideramus vel in *Genere*, vel in *Specie*. Illic septem inspicimus potissimum. 1. Quis rectè interveniat? 2. Inter quos? 3. coram quo? 4. In quâ causâ? 5. In quâ parte Judicij? 6. quomodo? 7. ad quid?

III.

I. Intervenire possunt omnes qui habiles sunt Judicij. Sebast. Vant. *d. loc. n. 19.* & non prohibentur, arg. *l. 12. pr. D. de Jud. l. 18. D. de testib. cujuscunque ætatis, status ac conditionis sint.* Matth. Berlich, *p. 1. concl. 25. n. 4.* quod satis ex subsequ.

seq. thes. constare poterit. Posito namque uno contrariorum, alterum vel inviti cognoscimus, Arist. 5, *Eth. ad. Nic.* & secundum vulgatas LL.

I V.

Prohibentur autem omnes, qui inhabiles & incapaces sunt Judicij, Namque, quia Tertius pro Actore habetur, cum ultrò assistendo vel causam impediendo ad Judicium veniat, arg. l. 38. §. 1. D. de V. O. atque de suo jure docere debeat, l. 4. l. fin. C. de edend. Andr. Geil. 1. obs. 71. n. 4. 6. Tilm. de Benign. in Syntagm. 2. Imp. Cam. decis. 1. vot. 10. v. 16. & seqq. Ideò remonentur regulariter, 1. Excommunicati, excommunicatione majori, c. intelleximus 7. X. de jud. c. 5. c. 12. X. de except. 2. Banniti ob violationem Pacis publicæ. J. Monach. ad d. c. 7. 3. Heretici, c. 10. X. de heret. Hillig. in D. E. lib. 17. §. 4. 4. Religiosi, non tam ob statum, quam vitæ conditionem, arg. v. r. ne Cler. vel. Monach. §. Servi l. 6. 7. C. de Jud. l. 53. D. eod. 6. Pupilli & Minores sine Tutoribus & curatoribus, c. 1. C. qui leg. pers. standi & c. 7. Mulieres de Jur. Sax. sine curatore ad litem. N. G. D. tit. 8. Et alij, qui sine consensu superiorum in Judicijs, sine quibus Interventionis remedium expediri non potest, stare nequeunt. Seb. Vant. de nullit. tit. quis possit dicere de nullit. 2. Matth. Wes. ad tit. C. qui leg. pers. standi & c.

V.

II. Tertius inter quosvis litigantes, cum volentes & consentientes, l. 2. §. 1. D. quando app. l. 4. §. D. de app. tum invitos & reluctantes, i. 19. C. de lib. caus. Em. Rosbach in prax. civ. tit. 47. n. 4. Bernh. Græv. 1. concl. 70. n. 12. N. G. D. c. von der Intervention. vers. Obs Jhm gleich von einem oder dem andern aus den streitenden Principal Partheyen nicht gestattet werden wolte / pro suo interesse intervenire potest. Geil. 1. obs. 70. n. 7. cum sit principalis persona, & propriam causam defendat, d. l. 2.

VI.

III. Tertius rectè intervenit non tantum coram Judice Ordinario, quod vix alicui dubium esse potest, sed etiam De-

A 3

legato



legato arg. t. *D. de quibus reb. ad eund. jud.* quamvis commissio de admittendo Tertium nihil cantaret, uti in terminis tradit Jacob. Put. *Rom. decis. 166. lib. 3.* Nam licet equidem sint stricti juris delegationes, nihilque, quod in Rescripto expressum non est, contineant, c. *cum super. 15. X. de off. deleg.* Attamen ob connexitatem, & ne causæ continentia dividatur *l. 10. C. de jud.* jusque Tertij, quod connexum & accessorium principalis est, aliundè distrahatur c. *prudentiam 21. §. sexta nobis, & seq. X. de off. deleg.* Geil. *d. obs. 70. n. 2. & 3.* Delegatus quoque de Jure Tertij cognoscit & judicat. Felin. *in c. veniens, 38. X. de testib. n. 16.* Modò illa Interventio non tendat ad cassandam commissionem, & causæ, ad quam Judex delegatus est, eversionem, Rutg. Ruland. *de commiss. p. 2. lib. 5. c. 9. n. 1. & seqq. Berl. d. concl. n. 17.*

VII.

IV. In omni re vel causâ locum habet Interventio, sive sit *Civilis* sive *Criminalis*, civiliter tamen pro alicujus interesse intentata. Cravetta. *consil. 14. n. 2.* Græv. *d. concl. n. 3.* sive *Publica*, Berl. *d. concl. n. 10.* Nam quæ publici juris sunt principaliter, sunt etiam juris singulorum secundariò, gl. *in l. 4. D. de pop. act.*

VIII.

V. Potest intervenire Tertius tam in primâ, quam secundâ Instantiâ *l. 4. §. 2. l. à sententia 5. D. de appellat. c. 17. X. de re jud. d. c. 15. X. de off. deleg. c. ult. ut lit. pend. in 6.* Geil. *1. obs. 70 n. 4. & 5. ibi. que Græv. n. 7. Geil. obs. 72. n. 6.* Quicquid enim licet in primâ, licet etiam in secundâ Instantiâ, J. P. Surd. *consil. 266. n. 17.* Nam suspenditur per appellationem sententia, omnibusque, quibus gravamen est illatum aperitur via ad agendum *c. 4. de elect. in 6.* Nec quicquam ob est, pendente appellatione nihil debere innovari, *t. t. X. ut lit. pend. & c.* id enim ad Tertium non pertinet, contra quem etiam lite inter litigantes pendente aliquid innovantem non potest regulariter attentatorum remedio agi. Rob. Lancell *de attent. p. 1. in pref. n. 40. & cap. 3. 4. & 5.* Cum quibus etiam consentit N. G. D. *d. t. versic. Nach dem auch einem*

544.

etnem jedem/ der sich an einer Sachen oder Proceß interessiret be-
findet / in erster vnd anderer Instantz zu interveniren erlaubt vnd
nachgelassen.

IX.

VI. Forma interveniendi in hoc consistit, (1.) ut causa
ad Tertium live principaliter, live accessorie & quodammodo
spectet; vel sicuti Vantius *d. loc. n. 5.* loquitur, ratione pleni
vel qualisqualis præjudicij. Cujus enim non interest, is neu-
tiquam auditur *l. 13. §. si de testamento. 2. D. ad SC. Treb. c. non
solent audiri. 2. q. 6.* Et si aliquod interesse prætendit, id i-
psum Principalis jus in Judicium deductum, non verò ab
ipso alienum concernat: Non enim admittitur Tertius,
ubi causæ sunt distinctæ, & non idem est negotium. *l. sapè
63. D. de re jud. l. 57. D. de R. V. L. pen. D. de pet. her. Geil. 1. obs.
69. ibique Græv. n. 2. Geil. obs. 70. n. 24. Rosb. d. tit. n. 15.*

X.

(2.) Ut illud suum interesse probet Tertius in continen-
ti, *c. veniens 38. X. de testib.* discreti Judicis arbitrio. *Fel. ad d.
c. n. 15. Menoch. de arb. jud. cas. 18. n. 5.* Videtur namque op-
ponere per calumniam, quando id differt, etiam si se offerat
facturum, *Surd. consil. 181. n. 23. Summariè, Joach. Myns. 2. obs.
1. n. 3.* exemplo illius, qui rationes vel instrumenta sibi edi petit.
*Br. in l. fin. D. de tabb. exhib. n. 3. Græv. 1. concl. 106. vel ut Dd. lo-
quuntur apparenter Surd. d. consil. n. 22. part. 2. p. m. 632. Per
juramentum, M. Wel, in consil. 100. in fin.* Per unum testem,
qui, vel si plures fuerint, respectu Personarum & dictorum in
hac summaria cognitione reprobari non possunt. *Myns. ad
d. c. n. 11.* Si præjudicium sit reparabile; quod cum centum
manibus notandum esse scribit *Card. ad d. c.* Id etiam pla-
cuit Electori Sereniss. in *N. G. D. b. t. vers. doch daß der Inter-
veniens vor allen dingen sein interesse Summarischer weise beh-
bringe.* Cùm enim hæc probatio non decisoria sed præpa-
ratoria sit & præambula *Vant. d. loc. n. 24.* ideoque non debet
esse stricta & necessariò concludens *Fel. ad d. c.* sed ex com-
muni Dd. sententia sufficit semiplena per quales quales præ-
sumtio.

functiones Geil. 1. obs. 69. n. 4. ibique Grav. confid. 1. n. 4. Limitat in prædicta Hartm. Hartm. obs. 10. quò sc. Tertius non teneatur de suo interesse docere, quando instante Principali ad litem citatus est simpliciter, non sub conditionali clausula: si sua paraverit interesse.

XI.

Quæ probatio summaria interesse recepta ideo est, ut malitijs & calumnijs, quæ facilimè in his oppositionibus contingunt, Covarr. 2. d. c. 13. n. 1. & c. 14. n. fin. occurratur eorum, qui vexandi Principalis causâ, vel ad Processum extrahendum, malitiosè interveniunt, quos etiam Judex ex officio repellere, c. 2. de Proc. in 6. l. 14. D. de app. & videre debet diligenter, an eorum articuli interventionales ad causam spectent & interesse aliquod contineant, Rosb. n. 23. quod accuratè in praxi observandum monet Geil. 1. obs. 113. n. 12. obs. 69. n. 5. & obs. 70. n. 20. In tantum, ut ob istiusmodi fraudis & collusionis suspicionem Tertius ad juramentum malitiæ deponendum possit adigi, N. G. D. h. r. vers. Deswegen Ihme denn / da etwa starcke præsumtionen wieder Ihn militiren / nach gelegenheit wohl das juramentum malitiæ deferiret werden köme.

XII.

VII. Finis Interveniens pro casuum diversitate alius atque alius est, prout ex subjecta Tertij distributione, ni fallor, apparebit.

XIII.

Huc usque de Tertio in genere (suprà thes. 2.) Jam eundem in specie consideraturi facimus vel Principalem, vel Minus Principalem, seu accessorium. Quæ distinctio summa est hujus tractatus Cov. d. & d. c. 13. in pr. c. 14. n. 4. omnesque ad eam Interventionis effectus referri posse arbitratur Grav. 1. concl. 71. n. 2.

XIV.

Tertius principaliter interveniens est persona pro suo interesse ad excludendum alterutrum vel utrumque litigantium, à Jure, de quo in Judicio tractatur, sibi que asserendo
interce.

intercedens *l. is à quo 57. D. de R. V. Bach. ad Tr. vol. 2. diff. 23 thes. 5. E.* Hunc vicissim consideramus vel *Generaliter* vel *Specialiter*; In *Generali* tractatione Eum consideramus quoad *Interventionem* vel *interponendam* vel *finiendam*.

XV.

Interponendam. Ubi non opus est, ut in eo statu Tertius assumat litem, quo erat inter duos, quibus hic accessit tempore oppositionis. *Cov. 2. pract. quest. c. 13. in pr.* sed repetenda omnia ex integro sunt, quod *Br. communiter* receptum scribit in *l. 14. D. de app. M. de Afflict. Neapol. Decis. 235.* Ideoque termini Principali assignati Tertio intervenienti assignati non videntur *Bl. in l. 6. C. de remis. pign. n. 6.* Quare huic integrum est super iisdem, vel directio contrarijs articulis, etiam post publicatas attestaciones, ac eo quidem tempore, quo non posset Prior litigans, secundum distinctionem tamen in *Thes. 24. traditam, arg. d. l. pen. D. de re jud. c. pen. de re jud. in 6.* alios producere testes *Geil. 1. obs. 71. n. 14.* ac quascunque suae intentioni deservientes probationes inducere *Bernh. Grav. 1. concl. 105. confid. 1. n. 44.*

XVI.

Et licet alioquin regulariter omnis dilatoria exceptio ante litem contestationem opponenda sit & probanda *l. 19. C. de probat. l. pen. & ult. C. de except. adeo, ut ei sola litem contestatio viam pracludat, Zang. de except. p. 2. c. ult. n. 3. & 13. cum omittens renunciaffe videatur, l. 13. C. de Procur. l. 9. C. de except. Attamen, quia, uti *preced. thes.* dictum fuit, acta cum prioribus Litigatoribus ad Tertij personam non pertinent, potest hic quasvis dilatorias opponere, *Myns. 5. obs. 14. in fin. & 6. obs. 33. Zang. d. p. 2. c. 22. n. 12.* proinde etiam Fori declinatorias, quae sine dubio dilatoriarum species sunt. *Zang. p. 1. c. 2. proem. tam respectu Judicis, Geil. 1. obs. 71. n. 8.* ubi rationes; quod tamen quidam ad hunc tantum restringunt casum, si Tertius ad iudicium fuerit citatus, non ultrò advenerit. *ad Geil. d. loc. Grav. confid. 1. n. 2.* quam *Jurisdictionis*, de qua tamen aliàs, quod in principio litem exponenda sit, Legum decrevisse autoritatem,*

B

rescripse-



rescripserunt Honor. & Theodos. in l. fin. C. de except. & ante ipsos Dioclet. & Maximin in l. 19. C. de prob. Vult. ad l. 4. C. de Jurisdic. n. 6.

XVII.

Finiendam. Finitur ergo Interventio sententiâ, quæ secundum formam petitionis Ant. de Putr. in c. cum super is. de off. deleg. n. 1. sine dubio in Tertium concipienda & publicanda est; quandoquidem hic tempore sententiæ ferendæ priore Litigatore remoto & à judicio excluso solus superlit; quod ita in terminis contigisse testatur Geil. in Camera, in causa Jacobi Thübingers contra Abbatem Sultenbach 11. Febr. Anno 1569. 1. obs. 122. n. 8. Ludov. Gilhaus. arb. jud. c. 5. ramusc. 3. n. 8. & p. 3. c. 8. n. 12. p. m. 594.

XVIII.

Specialiter consideratus Tertius principalis (*suprà tb. 14.*) intervenit vel ante sententiam instante adhuc priore litigatore, vel eo desistente post sententiam.

XIX.

Ante sententiam. rectè se interponit pro suo interesse Tertius in quacunque Judicij parte. J. P. Surd. consil. 266. n. 17. Rosb. d. lo. n. 13. ante & post litem contestationem; in principio, medio & fine litis, Geil. r. obs. 70. n. 4. ex Oldrad. consil. 255. n. 4. etiam post conclusionem in causa, ante sententiam tamen, arg. l. 20. C. de evict. Grav. r. concl. 7. n. 5. nisi fuerit appellatum, de quo infra plenius: vide super hac quæstione Cravettam consil. 14. n. 3. à Berl. d. concl. n. 19. & seqq. laudatum.

XX.

Hujus autem ante sententiam Interventionis quis sit præcipuè effectus? hic non abs re quæri putaverim; Et quam Covar. c. 14. n. 4. J. P. Surd. consil. 335. Hillig. in D. E. lib. 20. c. 7. L. simpliciter statuunt, hujusmodi intercessionem neutiquam suspendere litem inter priores litigatores cœptam causamque omninò definiendam esse, etiam si de Jure Tertij nondum appareat, quod ita verum putat Andr. Fachin. lib. 1. controu. §. ut nec contraria contrariæ opinionis argumenta.
commemo-

commemoranda arbitretur. Nobis tamen magis arridet affirmativa, nec id sine ratione: Nam 1. Ad quid admitteretur Tertius? cui bono ei concederetur litem in diverso statu, quam inter priores versabatur, accipere; nisi, ut processum causæ pendentis suspendat, & priores impediatur? Bach. *ad Tr. vol. 2. Disp. 27. thes. 5. E.* 2. Ad quid perget non sine molestia Judicis & magnis sumptibus prior in lite cœpta, à qua mox per Tertium est excludendus? 3. Si Tertius rei judicatae, cujus tamen maximam autoritatem esse inter omnes constat, executionem impedire potest, prout postea videbimus, cur non etiam litis tractationem remorari? præsertim si sine fraudis & collusionis suspitione intercedat. Menoch. *consil. 488. lib. 5.* ubi etiam citat Vincentium de Anna Neapolitanum, ita fuisse observatum olim in causa fratrum Illustrium de Gonzago asserentem. Quam quoque sententiam Juri Saxonico non crediderim per omnia disconvenire; secundum quod lite de eadem re à duobus mota quiescere prior cogitur, & res servanda interim datur Judici, aut apud possessorem relinquitur, donec de vero petitore appareat. Landt *R. lib. 1. art. 15.* de quo etiam jure *l. 57. D. de R. V.* in usu non esse Hillig. *d. lo.* fatetur. Non obstat *d. l. is à quo 57. Et l. pen. de pet. her.* Nam missis aliorum responsis Cov. *d. lo. Geil, 1. obs. 70. n. 15.* præterquam, quod de re judicata loquantur, novissimè respondemus cum Bach. *d. loc.* eas sc. intelligendas esse de Judicibus Pedaneis, qui, cum ex formula tantum dati inter duos fuerint, de jure Tertij, cujus in formula nulla mentio, non poterant pronuntiare: Quà ratione hodiè deficiente, ipsis nimirum Magistratibus judicantibus, illisque formularum scrupulositatibus sublatis, ipsam quoque *dd. ll.* dispositionem defecisse consequitur.

XXI.

Post sententiam priore litigatore desistente intervenit Tertius potissimum ad executionem sententiæ impediendam; Ubi quædam veniunt notanda in genere, eaque vel circa sententiam, vel circa rem, in qua fieri debet executio; Quædam in specie de Remedijs faciendam executionem impredientibus; quæ præcipuè duo sunt: *Appellationis & Nullitatis.*

B 2

XXII, Pri.



XXII.

Primum in genere quoad sententiam notandum est: Tertium, vel ejus nomine alium, *Castr. consil. 179. n. 9. vol. 1. ad sententiam*, quæ jam in rem judicatam transijt, impediendam executionem posse pro suo interesse intervenire, *c. veniens 38. X. de testib.* ibique *Dd.* & asseverare: se ipsum condemnatum non fuisse, nec victum, & tamen grave præjudicium pati ex ipsius sententiæ executione. Ad hoc enim ut obstet rei judicatæ exceptio, eandem causam & personam, idemque jus esse oportet, *t. t. D. de exc. rei jud.* Necesse tamen hic omnium maxime est, ut Tertio sententia non noceat ipso jure, aut, si noceat, quidem, liceat tamen ei appellare, quamvis id nec fecerit Principalis victus, nec facere potuerit, *Cov. c. 16. n. 1.* alioqui frustra de ejus executione impediendâ laborabit. Nocet autem ipso jure sententia duobus præcipue modis: vel naturâ cause, vel ratione scientiæ.

XXIII.

Ex natura cause: ubi tenenda est Regula: *Sententia lata contra legitimum contradicctorem*, qui primas ac potiores habet defendendi partes, nocet omnibus, etiam non citatis, nec scientibus, qui à Jure Victi & condemnati jus proprium deducere conantur & coguntur. *l. 1. §. 14. D. de ventr. insp. l. 29. in pr. D. de inoff. test. l. 55. §. ult. ad SC. Treb. ob rationem l. 178. D. de R. 7. Donell. comm. lib. 27. c. 1. Cov. t. 2. c. 3. n. 6.* Sic sententia contra Patrem lata nocet reliquis, quorum jus ab illius jure dependet, *l. 1. §. ult. D. de agnosc. lib.* Ita damnato Domino vel Patrono in causa ingenuitatis & libertinitatis, *l. 25. D. de stat. hom. adhibitâ tamen eleganti distinctione Jcti. in l. 27. §. 1. D. de lib. caus.* Perinde actum cum herede nocet Legatarijs etiam ignorantibus. *d. l. 29. D. de inoff. test. l. 3. D. de pign.* Potuissent enim hi quidem auxilium ferre heredi, causæque defensionem adistere non a, eum excludere, *Cov. d. c. n. 3. 4. & 5.*

XXIV.

Ratione scientiæ; ubi hæc sit Regula: *Sententia inter alios data obest Tertio, quando de ea re, cujus actio vel defensio prior & propria*

propria sibi competit sequentem vel alium, habens potestatem prohibendi, sciens agere patitur, *l. pen. D. de re jud.* Si enim agens propriam habet actionem, nec per Tertium à jure agendi potuit repelli, tunc id Tertio etiam scienti nihil obest, uti de coheredibus notat Macer in *d. h. vers. veluti si ex & c.* Val. Forst. de success. ab int. lib. 2. c. 2. n. 21. Verum, quando habens facultatem prohibendi non tamen prohibet, videtur consentire tacite, quod causa per illum tractetur, sibi que præjudicium inferatur, Cov. c. 13. n. 3. & 7. quæ multò certius obtinebunt in Tertio ad causam, si sua interesse putaverit, citato, Græv. 1. concl. 113. confid. 3. n. 16. Cujus Regulæ exempla satis evidentia tradit J. C. in *d. l. pen.* In marito patiente uxorem vel socerum de dote, super qua illis constante matrimonio nulla realis actio regulariter competit, *l. doce q. C. de R. V. agere*, H. Pist. 4. q. 29. n. 29. Item in Emptore rei venditæ possessionem habente, Cov. d. lo. vel quovis alio, qui patitur autorem suum, non tamen extraneum, *l. 5. §. 5. D. jud. solv. de jure*, quod ab eo habet, suo nomine (venditor enim, quia omne suum jus, quod habuit, in Emptorem transtulit, proprio nomine de eadem re agere nequit, H. Pist. n. 22.) experiri, *d. l. pen. vers. illa ratio est.* quò facit etiam *c. pen. X. de re jud.* cujus unicus duntaxat casus est; Nam quæ in fine sunt, exempli & illustrandi gratiâ subjiciuntur. Ante omnia a. in *d. l. pen.* notabile, non tamen satis expeditum exemplum traditæ Regulæ est in creditore, patiente debitorem de proprietate pignoris propriæ ita dicti, *§. 7. Inst. de act.* experiri. *vers. veluti si creditor.*

XXV.

Ita etenim in *d. l. pen. vers. veluti si creditor experiri passus sit debitorem de proprietate pignoris*; cum Pandectis Pisanis, Accurs. ad *b. l.* seu Florentinis, quæ opinione omnium ferè sunt super cæteras, Goedd. ad *Rubr. de V. S. n. 25. & 26.* adversus Noricum & Haloandri, inverso planè ordine & sententiâ habens exemplar, quod cum Dd. communiter defendit Zas. in *d. l. col. 1. & lib. sing. intell. c. pen.* sine dubio legendum est. Quia 1. nusquam legitur datam contra creditorem super Dominio rei op. pignorata sententiam debitori etiam scienti obesse, Cov. d. c.

B 3;

n. 7.

n. 7. Quare Regulæ in *pr. d. l. pen.* traditæ tamdiu standum est, donec de exceptione doceatur. 2. Omnes rationes ac qualitates, quas in *b. l. pen.* requirit Macer, Florentinæ, non autem vulgatæ literæ conveniunt, Ibi enim, ut sententia contra alios lata Tertio noceat, exigitur (1.) ut actio primo loco pertineat ad Tertium, quod de debitore dici non potest per *l. 16. D. de usuc.* (2.) ut agatur de proprietate; de qua tamen nunquam principaliter agit creditor. H. Pist. *d. q. n. 31. arg. l. 7. §. 1. D. de compens.* (3.) ut sententia feratur cum prioribus Dominis, cum autoribus; At nemo creditorem debitoris autorem facilè dixerit. 3. id quoque probant *l. 9. §. fin. l. 29. §. 1. D. de exc. rei jud. l. Praeses. 5. C. de pign. vide Covar. d. c. 13. n. 7.* H. Pist. ante omnes *4. q. 29. n. 31. & seqq. Bach. ad Tr. vol. 2. Disput. 23. thes. 5. E.*

XXVI.

Circa Rem, in qua (suprà th. 21. & 22.) fieri debet executio, quam Tertius damno ex ea sibi imminente summarie & intra breve tempus probato c. suscitata X. de in int. rest. interveniendo impedire cupit, quinque sequentes casus accuratè ab invicem distinguantur.

XXVII.

Primus casus est: quando executio fit in re vacante, quæ in alicujus potestate quoad possessionem non est, impeditur ea, Dd. ad c. 38. X. de testib. modò non sit contra Tertium præsumptio calumniæ, aut ea in continenti purgetur, per c. 170. in pr. X. de app. Gilhaus. arb. jud. c. 5. ram. 2. n. Fel. ad d. c. 38. n. 9. Myns. ibid. n. 9. Facilius enim bona vacantia, quàm ab aliquo possessa licet obtinere, l. ult. C. de Ed. D. Hadr. toll. quæ sententia communis est. Cov. t. 2. c. 16. n. 3. Namque, si secundum Dd. Tertius comparens & contra spoliatum agentem probans rem suam esse, impedit restitutionem ejus, qui semel possedit, valdè aliàs favorabilem, t. t. de restit. spol. multò magis impedit hic, ne is mittatur in possessionem, qui nunquam possedit. J. P. Surd. consil. 114. n. 13.

XXVIII. Se.

XXVIII.

Secundus casus est : Quum executio fit in rebus præcedente actione personali adjudicatis, non tamen in specie petitis; tunc quilibet prætendens suum interesse & jus in re victori tradenda impedit executionem, Myns. *ad c. veniens* 38. X. *de testib.* n. 8. si tamen illud jus per executionem extingueretur, penitus, Bernh. Grav. *1. concl.* 70. n. 20. Cum enim super illis rebus actum non fuerat, Tertio nihil poterit imputari, quod non contradixerit, Fel. *ad d. c. n.* 9. Myns. *3. obs.* 73. n. 3. Geil. *1. obs.* 70. n. 21. Etiam si Tertius eas res lite pendente, sine fraude tamen, emisset, & possidisset. Matt. Col. *de process. execut. p. 2. c. 3. n.* 421. cum secundum Dd. non per actionem personalem, J. P. Surd. *consil.* 405. *sub fin.* sed, quando actione reali super dominio fundi agitur, res litigiosa efficiatur. Johan. Vinc. Honded. *decis. consult.* 20. *sub n.* 30. & *seq.* Gray. *1. concl.* 118. *consid.* 1. n. 3.

XXIX.

Tertius casus est : Si executio fieri debet in re, quam Victor Victi, Tertius autem Oppositor suam esse asserit; Tunc, si quidem hic probat Dominium, eo scilicet casu, quando non possidet, Possidens enim præsumitur Dominus, & petenti executionem fieri probatio incumbit in contrarium gl. *in l. ob manitorum* 2. C. *ne ux. pro mar.* procul dubio sententia executioni tradenda non est *l. 15. §. 4. D. de re jud.* Ne fiat contra eum, qui nec unquam litigavit, nec victus fuit in Judicio, *c. cum super. X. de re jud. arg. l. 12. & seqq. D. de excep. rei jud.* Sic Mulier, quando pro Mariti debito in bonis vel dotalibus vel paraphernalibus decernitur executio, potest intercedere, & jus quod retinet, *l. 30. C. de f. dor.* allegando executionem impedire, adeo, ut si nihilominus hac exceptione non attentata fieret executio, processus ipso jure nullus reddatur. *c. ex literis. X. de pign. Nov. 134. c. 4. & c. Col. in process. exec. p. 2. cap. 3. n.* 262. & *seqq.*

XXX.

Quartus casus est : quando Victus possidet rem, in qua fieri debet executio; Quo casu aut ante sententiam lite pendente



dente ad eandem rem contra Reum possessorem egit Tertius, nondum tamen obtinuit; & tunc non impeditur quidem executio, sed Victor debet Reo possessori cautionem præstare de eo indemni constituendo, si Tertius vicerit, *l. is à quo 57. D. de R. V. Cov. c. 16. n. 3.* Namque, si absque hac cautione esset, posset vicissim conveniri Reus à secundo agente, quasi dolo defuisset possidere, *Myns. ad c. 38. X. de testib. n. 6.* vel cogeretur Tertius non sine molestiâ contra Victorem novam instantiam novumque processum inchoare *Fel. ad d. c. n. 8. Aut post sententiam,* quæ in rem judicatam transijt, cœpit contra Victorem agere, seq; executioni tam incipiendæ quàm cœptæ opponere. Ubi videndum; nunquid rei petitæ possessio transferatur in duriores Adversarium, an minus?

XXXI.

Priori in casu, quando durior fit causa ex possessionis mutatione impeditur executio, *c. Pisanis X. de restit. Spol. Cov. d. lo. n. 3.* si Victor (qui tamen non fit calumniarum Redemptor, vel malitiosè Tertij vexandi gratiâ patiatur in se transferri possessionem, contra *l. un. C. de his qui potent. nom.*) cautionem Tertio prudentis Judicis arbitrio præstare detrectet, arg. *l. 57. D. de R. V. d. l. pen. D. de pet. her. Pan. in d. c. n. 6. & ibid. Fel. n. 9. Myns. ad idem c. n. 8. & sent. 3. obs. 73. n. 8.*

XXXII.

Posteriori in casu, quando possessio à Victo non transfertur in duriores adversarium & difficiliorem, executio nullo modo impedienda, sed in rem petitam contra possessorem facienda omninò est, sine ulla cautione; sique Tertius jus vel interesse fundatum sibi habere confidit, contra Victorem postea, à quo ita poterit consequi, sicut ab alio, *Fel. ad d. c. n. 9. rei vindicatione vel aliâ sibi competenti actioneaget. d. l. 57. quam communem esse opinionem ex sententiâ Aretini ad d. c. veniens. n. 3. scribit Cov. 2. q. 16. n. 3.* Sibi enim imputet, quòd non prius egerit ad rem illam obtinendam contra Priorem possessorem, à quo eam Victor justè juris ordine servato, absque ulla fraude auferri petit.

XXXIII. Quin.

XXXIII.

Quintus casus est: Si inter Spoliatum & Spoliantem actum est Judicio possessorio, ex quo spoliatus ante omnia restituendus est, potest Tertius ratione sui interesse intervenire etiam ex petitorio, jus domini prætexens, & restitutionem spoliato faciendam, multum alioqui favorabilem, impedire, Menoch. *de recup. poss. rem. l. n. 372. & 381.* Cum enim poena suos sequi debeat autores, ideò odium spoliantis non potest obesse Tertio: Et fieri debet executio contra illum, qui re judicatâ damnatus est: Namque respectu Tertij esset nova, propter personarum mutationem, litis inchoatio, *t. t. D. de exc. r. jud. Wes. consil. 100. n. 14.* quod ita se obtinuisse in terminis gloriatur Fel. *c. 38. X. de testib. n. 12.* atque sic Dominos de Rota *concl. 419.* definitivè testatur Myns. *ad d. c. n. 10.* qui quoque perindè in Camera decisum meminit, *2. obs. 1.* Et dum agitur petitorio quiescit intereà cognitio possessoriæ, nec quicquam litis pendens exceptio attenditur.

XXXIV.

Ne autem hisce modis in executione impetranda Actores impediatur, iisdem, præsertim de jure suo non diffidentibus ita cautum est, quod salutare dicitur consilium Geil. *4. obs. 70. n. 27.* ut, si Tertium extra Judicium de jure, quod in re litigiosa haberet, jactare experti fuerint, faciant eum citari ad assistendum liti, jusque suum deducendum: Ubi, si malitiosè non compareat, postea non admittitur; cujusmodi citationes sæpius ad Actorum & Appellantium Instantiam in Camera decretas fuisse se meminisse scribit Geil. *d. loc.*

XXXV.

Jam in specie de Remedijs ad executionem impediendam paratis (*suprà thes. 21.*) videbimus: Ea duo sunt: Alterum *Appellationis*, *Nullitatis* alterum.

XXXVI.

De *Appellatione* ita est tenendum: Tertius pro suo interesse, etiam futuro, *gl. in c. non solent. 2. q. 6. J. P. Surd. consil. 27 l. n. 19.* à sententiâ inter alios latâ potest appellare, *l. 4. l. 5*

C

pr. &



pr. & §. 1. l. 14. D. de app. l. 20. C. de evict. c. 15. X. de off. deleg.
A. Rauchb. p. 1 q. 27. n. 12. Geil. 1. obs. 70. n. 14. quod fieri pot-
est à quavis, & quolibet gravamine, tam de Jure Can. c. 10. X.
de app. c. 1. de dilat. c. 7. c. 12. c. 60. X. eod. quàm Saxon. Wesf.
in π. de app. n. 8. M. Berlich. p. 1. concl. 50. n. 46. non tamen de
Jure Civili, secundum quod regulariter ab Interlocutoriâ, l. 2.
C. de Ep. aud. l. 2. D. quor. app. non rec. l. 16. C. de jud. nisi vim
definitivæ & damnum irreparabile contineat Zang. de tort. reor.
c. 4. n. 3. & seqq. non licet provocare, Hillig. in D. E. lib. ult. c.
6. Oo. Berl. p. 1. concl. 50. n. 40. & seqq. id quod in Camerâ Im-
periali etiam servari testatur Geil. 1. obs. 129. vide Bach. ad Tr.
vol. 2. Disp. 33. thes. 4. E. F. G.

XXXVII.

Appellans itaque Tertius, vel prosequitur appellationem
à Principali interpositam, at desertam, vel nunquam interpo-
sitam: in quibus casibus diversa Jura servantur.

XXXVIII.

Priori in casu, quando prior Litigator, qui principaliter
verbis sententiæ damnatus est, ab ea appellavit quidem, at de-
inde desistit, tunc nihilominus, pro suo interesse cœptam Ter-
tius appellationis interpositionem suscipere & prosequi potest.
Geil. 1. obs. 70. n. 9. obs. 122. n. 1. & 2. Ei namque Prior desistendo
præjudicare, ac jus semel factâ appellatione quæsitum auferre
nullo modo potest, ob rationem l. 74. l. 155. D. de R. J. Senten-
tiâ enim per appellationem suspensâ omnibus quibus gra-
vamen aliquod illatum est, etiam appellatis l. fin. C. de app. si-
ne aliâ appellatione, arg. l. si post mortem 10. §. fin. D. de bon. aut.
Jud. poss. via ad agendum aperitur, non aliter, ac si
judicatum non fuisset, cum sententia penè pro extinctâ habeat-
ur. l. 1. in fin. ff. ad SC. Turp. Quod verum est, etiam si Ter-
tius illam intra decendum appellationem non ratificaverit,
arg. l. 39. pr. C. de temp. & rep. app. hoc enim tum demum neces-
sarium est, quando non ipse Tertius appellat, vel alterius appel-
lationem non prosequitur, sed tantùm adsistit Principali, uti
dicemus in thes. 57. Berl. 1. concl. 25. n. 36. & seqq. allegans Ol-
dr ad. consil. 255. contra Fel. in c. 38. X. de testib. n. 6. 7. Myns. ad
d. c. n. 6.

XXXIX.

Posteriori casu, Si principalis penitus non appellavit, sed latam sententiam approbavit; Tunc id fecit ideò: Vel quòd nolebat ab initio, Vel quòd non poterat appellare. Nolebat remittendo ultrò remedium appellationis, idque vel Tacitè, vel Expresse.

XL.

Tacitè; post Sententiam beneficium appellandi deserendo, & sententiæ se sciente latae, vel ob metum sumtum vel injustæ causæ conscientiam intra decendum non reclamando, arg. l. fin. in fin. C. de sent; qua si cert. quant. Quo in casu illud Tertius suscipere & sine succumbentis ratihabitione prosequi potest, Bach. ad Tr. vol. 2. Disp. ult. thes. 2. F.

XLI.

Expresse, vel pacto interveniente, l. ult. §. ult. C. de temp. & repar. app. quando scilicet pars condemnata cum adversario transigit, tunc eâ transactione non attentâ Tertius pro suo interesse appellare potest, Pan. Hartm. Hartm. à Berl. d. concl. 25. n. 46. citati per rationes seq. thes. adductas.

XLII.

Vel sine pacto; quando partes in Judicio beneficio appellationis & in foro Sax. Leuterationis & Oberleuterationis renunciarunt, eoq; se non usuras ante sententiã Spontè promiserunt, l. 1. §. 3. D. à quib. app. non lic. prout id habet in terminis, Berl. p. 1. concl. 25. n. 30. Defendit enim Tertius personam propriam, l. 2. §. fin. D. quand. app. habetque factâ semel appellatione jus quæsitum, uti superius fuit dictum, quod ei prior litigans transigendo aut renuntiando auferre non potest. l. 5. §. 3. D. de app. ob rationem l. 74. §. 155. D. de R. 7.

XLIII.

Non poterat appellare Principalis, tribus potissimùm modis, in quibus præ cæteris est dubium, alioqui innumeræ sunt causæ, ob quas Victo appellandi remedium denegatur, notatæ à Dd. in appellationum materia.

C 2

XLIV. Pri-



XLIV.

Primus modus est, Si causa sub clausula, REMOTA APPELLATIONE, fuit delegata, ea tantum obest Principali, non Tertio, Treutl. vol. 2. *Disp. select. Disp. fin. thes. 4. B.* cujus jus per nullam verborum plenitudinem intelligitur sublatum, l. 3. §. si quis à Principe D. ne quid in lo. publ. l. Rescripta 7. C. de prec. Imp. off. &c. Vant. de nullit. tit. quis poss. dic. de null. n. 16. nisi aliud expressè appareat, Fel. ad c. 38. X. de testib. n. 8. Debent namque omnia mandata & Rescripta Principis intelligi cum iustitia, & salvo jure Tertij Myns. 4. obs. 8. n. 5. arg. l. fin. C. si per vim vel al. Et Ita Rescriptorum faciendâ est interpretatio, ut nemini noceant, d. l. fin. nec vim & effectum suum, præterquam in hos, quos interdata sunt, & quorum in ijs mentio fit, porrigant, l. 1. D. de const. princ. Geil. 1. obs. 70. n. 12. 13. & obs. 72. n. 5. 9. Myns. 1. obs. 3. Boc. cl. 5. disp. 5. th. 19. Berl. d. concl. n. 27, 28. idque ita in Rot. Rom. judicatum dicit Lancell. p. 2. c. 12. ampliat 8. n. 52. de attent. Hocque vulgò probant Dd. ex c. 15. X. de off. deleg. de quo ut multum singulari omnes exclamant. Fel. d. loc.

XLV.

Secundus modus est; Si ejusmodi sit actus, à quo ex formâ statuti appellationem removentis nequeat provocari: Id tamen non includit Tertium pro suo interesse comparentem, sed tantum in sententijs vel Instrumentis, à quibus appellare prohibitum est, nominatos. Cravett. consil. 14. n. 1. 2. & consil. 8. n. 1. J. P. Surd. consil. 271. n. 55. vid. plures apud Bernh. Grav. 1. concl. 122. n. 5. Quoniam consuetudines & statuta potestatem appellandi tollentia, ut non Juris Civilis tantum, sed etiam naturalis quodammodo correctoria, non extendenda, sed quoad ejus fieri potest, restringenda sunt. Ita de statuto quodam Paduæ notat ex Pan. Felin ad d. c. n. 16. quod licet injungat Potestati remotâ omni exceptione sententiam per Curiam Venetorum exequi, id tamen non operatur, ut sententia debeat mandari executioni contra Tertium.

XLVI. Pri-

XLVI.

Tertius modus est: Principalis bino vel trino iudicio superatus regulariter appellare nequit, *l. un. C. ne lic. in un. cad. c. & c.* quanquam ob peculiare rationes in Camera aliter observetur. *Mvns, 1. obs. 15. Geil. 1. obs. 72. n. 3.* Potest tamen omnino Tertius, si usque ad causæ conclusionem in ultimâ Instantiâ litem, agitari ignoravit, secundum *Dd. communiter, Grav. 1. concl. 70. n. 16.* aut sciens, judicialiter, imò & extrajudicialiter, *per Nonnullos*, se in illius litis examinationem non consentire, ante sententiam fuit protestatus appellare. *Cov. 1. 2. c. 15. n. 8.* Tunc n. sententia ratione causæ tertia, non tertia respectu Tertij, sed prima esse videtur: *Geil. 1. obs. 72. n. 2.*

XLVII.

Ad prædicta tamen notandum generaliter venit: I. Ne Tertio sententia illa, à qua sibi appellare præsumit, etiam ignorantibus & ex naturâ causæ, sed ratione scientiæ noceat, secundum distinctionem *Macri, in l. pen. D. de rejud. supra 1b. 23. & 24.* quo casu intra decendum à tempore propriæ, quod in omnibus appellationibus fatale est, *l. 1. C. de temp. app. c. concertationi, de appell. in 6.* non condemnati scientiæ, aut latæ sententiæ computandum rectè potest provocare, *l. 1. §. ult. D. quan. appell. l. 3. C. quem. & quand. Jud. sent. prof. deb.*

XLVIII.

II. Notandum ex *Geil. 1. obs. 122. n. 5.* ita observari (cùm id per t. xx. ab ipso & Tr. allegatos minimè probari putet, *Bach. ad Tr. vol. 2. Disp. 1. obs. 2. F.*) ut pro suo interesse principaliter appellaturus à sententiâ inter alios latâ, sive definitivâ, in qua id aliàs regulariter non requiritur, *l. 2. D. app. sive interlocutoriâ*, cujus hæctenus naturam hæc appellatio imitatur. *Bach. d. loc.* gravamina sua unâ cum ipsa appellatione nuncupatim uno eodemque die, *M. Berlich. p. 1. concl. 50. n. 102.* exprimat, non aliter, ac si ab executione provocetur, *Wes. consil. 100. n. 1.* Ubi enim appellatio contra Regulas Juris proponitur, uti in præfenti fieri notat *Geil. d. loc.* propter doli præsumptionem non aliter admittenda est, quàm si expressâ causâ justificetur. *gl. in c. Romana §. si autem, de app. in 6. Cov. c. 15, in pr.*

3

XLIX. Ha.



XLIX.

Haecenus de Tertio per remedium appellationis executionem sententiae impediende dictum fuit. Nunc quoque pro instituto nostro (*suprà thes. 35.*) de Nullitate videbimus: Posse autem Tertium nullitatem, non minus, quam appellationem, proponere & allegare, atque per eam executionem impedire, inter omnes ferè convenit, si nullitas sit notoria: Verùm si altiore requirat indaginem, neque exactis manifesta sit, negant id Dd. communiter, Geil. 1. *obs. 113. n. 3. & obs. 127. n. 10.* idque ita observari in principaliter condemnato testatur Myns. 4. *cent. 64. n. 2.* Quod ad Tertium quoque extendit Lud. Schrad. *de feud. p. 9. sect. 11. n. 68.* adjectâ tamen hac limitatione: Si Tertij jus factâ executione nõ evanesceret penitus, alioquin impedit executionem, etiam si altiore indaginem requirat.

L.

Licet autem Tertio, quod magis dubium est, nullitatem tribus conformibus sententijs opponere, earumque executionem impedire, non obstante *Clem. 1. de re jud.* quæ tanquam exorbitans Fel. *ad d. c. n. 17.* de principaliter condemnato tantùm accipienda est. Quia 1. uti antea *th. 46.* ostensum, Tertio appellare tertio permittitur, ac per consequens sententiarum executionem suspendere; cur non id quoque per nullitatis oppositionem licebit? quippè, cùm hæc certior & liquidior sit, faciliusque concedatur, ita, ut illâ prohibitâ hæc nihilominus competat. Vant. *d. c. n. 36. 38.* illiusque fatalia huic finem non imponant, Geil. 1. *obs. 127. n. 8.* 2. Tertius principalis non debet litem accipere in statu, quo est inter litigatores tempore interventionis. Quare, sicuti *suprà thes. 45.* dictum fuit, trium sententiarum ultima est prima respectu Tertij.

LI.

Huc usque de Tertio ratione sui interesse principaliter interveniente latè dictum fuit, Restat jam, ut paululùm quoque de altero distinctionis membro *in thes. 13.* Tertio accessorio seu minùs principali videamus. Hunc quinque consideramus in primis modis, 1. quoad definitionem, 2. Materiam interventio-

num.



num, 3. Modum, 4. Tempus, 5. Interpositionis finitionem.
Reliqua, si quæ sunt, non difficulter ex hæcenus relatis fluere
possunt.

LII.

I. Tertium hunc accessorium ita describimus, quòd sit per-
sona, pro suo per consequentiam interesse, liti motæ ad acto-
rem vel Reum adjuvandum accedens. *c. ult. ut lit. pend. in 6. l. ven-
ditor 49. D. de jud. Bernh. Grav. 1. concl. 71. n. 2.*

LIII.

II. *Materia* harum Interventionum est causa & lis ipsa
inter litigantes hæcenus in Judicio ventilata, quam eandem
vel planè cum jure Principalis coherentem esse oportet; Alio-
qui novâ instantiâ, novo processu opus est, *l. 3. D. de rejud. l. 57. D.
de RV. l. pen. D. de ber. pet. Geil. 1. obs. 69. n. 2. obs. 70. §. 2. 4. Em. Rosb.
in prax. civ. tit. 47. n. 15. Boc. cl. 5. disp. 5. thes. 27.*

LIV.

Est autem necessarium, præter eaque suprâ generalius dicta
sunt, ut eam litem hic Tertius adhærens in eo accipiat statu, in
quo tempore interventionis consistit, *c. ult. ut lit. pend. in 6. Clem.
constitutionem. de elect. nec cogi possunt litigantes principales
novum cum hoc Tertio judicium suscipere, Jos. Lud. Perus. decis.
26. n. 25. p. 1. ne lites multiplicentur. Est enim Legitimus Con-
tradictor ille, cui defendendo accedit Tertius, ideòque non im-
meritò ejusdem quoque jure gaudere debet. Quod etiam
placuit El. nostro Sereniss. in N. G. O. tit. von der Intervention.
15. vers. Den Proceß allerdingß in dem stande / darinne er so
dann befunden wird / ceassumire. Hinc iisdem arctatur terminis,
qui in Camera statim ab initio sententiæ Tertio expressè assi-
gnantur. Geil. 1. obs. 71. n. 20. Exempla sunt in Venditore ad e-
vitandam evictionem *d. l. 49. D. de jud. l. 5. l. 14. D. appell. in Le-
gataris suspectæ collusionis detegendæ ergò. l. 29. D. de inoff. test.
Cov. 1. 2. c. 13. n. 1. Boc. d. lo. n. 31. & agnatis ad defendendum Vasal-
lum de feudi privatione conventum, Lud. Schrad. de feud. p. 9.
sect. 82. n. 5. intervenientibus.**

LV. III. Ma-

III. *Modus* interveniendi est, ut hic Tertius non teneatur novos libellos exhibere litemq; contestari denuò Berl. d. *concl.* n. 59. sufficit enim libellus Principalis litisque contestatio antea facta. Geil. 1. *obs.* 71. n. 9. & 10. Nec potest post publicationem in Judicio probare, allegare, nova instrumenta exhibere, Rosb. n. 19. & novos testes super iisdem vel contrarijs articulis Geil. d. *obs.* n. 12. producere, arg. c. *fraternitatis* X. de *testib.* eo tempore, quo non poterat Principalis (Nam quòd possit id facere Tertius intra tempus Principali ad defendendum concessam, etiamsi hic omiserit, nemo dubitat. Cov. d. c. n. 1.) nullâ habitâ scientiæ vel ignorantia ratione, cum ad Reum principalem primo loco pertineat litis defensio, isq; à Tertio excludi nequeat. Alioqui multis pateret fraudibus aditus, nec unquam lites finirentur c. 2. *lit. pend. in 6. ibiq;* gl. & sentirent gravamen maximum Litigantes principales, si bonâ fide cû legitimo contradictore agentes eos non fecerint citari, quorum fortè per consequentiam interesse potest, ob horum deinde interventionem ad litis redire initiû cogerentur. Cov. d. c. n. 2. 3. 4. Quod ita in terminis habet Joh. Vinc. Honded. *vol. 1. consult.* 25. n. 7. 8. 9. & 27. ac ita Perusia judicatum olim fuisse refert.

Prædicta tñ. ita limita, ut non procedant in Tertio minore, muliere, vel quavis miserabili & privilegiata persona, quæ etiam post publicationem, petitâ in integrum restitutione, ad jura sua deducenda & probanda comparere; dummodò interventionales articuli ex cognitione Judicis defensionem Partis, cui adstendum, videantur inducere, sicuti in facti contingentia diversis vicibus judicatum esse à Consil. Reg. Neapol. teste M. de Affl. *decis.* 15. n. *fin.* scribit Grav. 1. *concl.* 70. n. 14. & *concl.* 105. *in fin.* Ita tñ, ut illæ privilegiatæ personæ petant in integrum restitutionem intra illud tempus, quo poterat Reus principalis, si ipse minor vel talis persona esset, Pari namque censurâ & jure sunt discernendi Reus principalis & Tertius defensor; ita quidem, ut, si majores sint, lege majorum, si minores sint, horum quoq; lege judicentur. Cov. c. 14. n. 3.

LVII.

IV. *Tempus.* Hic accessorius Tertius potest intervenire tam in primâ, quàm secundâ Instantiâ, prout *suprà thes. 8.* generaliter dictum fuit. In secundâ Instantiâ aut adhæret appellationi à Legitimo Contradictore factæ, aut eo non appellante principaliter, ob suum per consequentiam interesse, appellat. Utroque modo non potest non juvare Principalem appellatio Tertij, arg. *l. 10. §. fin. D. de appell. l. 1. §. 2. C. si unus ex plur. §. c. Geil. 1. obs. 122. n. 7.* præsertim, si illius nomine expressè fuerit interposita; modò ipse quoque potuisset appellare, sententiamque non comproba-verit expressè, *l. 10. §. fin. D. de appell. vel tacitè, ei, se sciente lata, non reclamans intra decendium, arg. l. fin. inf. C. de sent; qua scert. quant. §. c.* Quod tamen fecisse non creditur; si non appellaverit quidem, sciverit autem intra decendium, appellationis interpositioni præfixum, à Tertio esse provocatum; quia tunc fretus beneficio ex hujus appellatione sibi à Juris provisione competente propriam omisisse videtur Hart. Pist. 1. q. 47. n. 10. Notandum tamen est, ut Tertius appellationi à Reo principali interpositæ adhæsurus debeat eam intra decendium ratam habere, seque eidem assistere velle, Judici intimare, arg. *l. 24 pr. D. rem rat. hab. c. non solent. 2. q. 6. Geil. d. obs. 122. n. 4. Rosb. d. tit. n. 12. dissentit Hartm. Hartm. obs. 10. refutatus à Bernh. Græv. 1. concl. 122. confid. 2. n. 4.* Aut ut principaliter appellaturus faciat id intra decem dies à scientiâ Principalis computandos, cum pari censurâ & jure sint discernendi Reus principalis & Tertius defensor. *thes. præced. inf. Didac, Covar. c. 15. n. 4. Græv. d. concl. n. 6.*

LIX.

Appellat autem hujusmodi Tertius vel propter interesse ita in specie ratione causa dictum, cujus exemplum in venditore proponit Covarr. *d. loc.* qui victo emtore propter damnum, quod sibi ex evictione imminet, potest appellare à sententiâ contra emtorem latâ, quæ nondum transijt in rem judicatam. Sic pater pro filio condemnato appellando intervenire potest, *l. 2. §. 2. D. quan. appell.* Perinde Uxorem, Marito in causa ipsam concernente, videlicet super receptitijs vel paraphernalibus, arg. *l. 4. §. 2. D. de appe ll.* quin etiam in dotalibus, præsertim hodiè post amplia-

D tum



tum jus Uxorū, l. 3. C. de Jur. dot. succumbente pro suo inter-
esse appellare posse non dubitat Bachov. ad Tr. vol. 2. Diss. ult. tb.
2. in fin. Alia plura exempla annotant passim Dd. circa hanc ma-
teriam.

LIX.

Vel propter arctissimam conjunctionem: Exemplo sunt Mu-
lieres, quæ, licet pro alijs intervenire & appellare regulariter
prohibeantur, arg. l. 4. C. de procur. tūm propter qualitatem se-
xus, arg. l. 21. C. d. t. tūm quia incidit hoc in quandam intercessio-
nis speciem, rectè tñ. appellant pro Maritis in causa liberali, l. 3.
D. de l. caus. & pro liberis pietatis intuitu, l. 18. D. de procur. l. 1. §. 1. D.
de appell. recip. Hier. Treutl. vol. 2. Diss. select. diss. ult. thes. 2. F. ibiq.
Bachov.

LX.

Vel propter miserationem; Hinc quilibet de Jure civili pro
capitis Reo etiam resistente ad impediendam executionem ul-
timi supplicij appellare potest, l. 6. D. de appell. exceptis delictis
flagrantibus, quæq; statim puniri Reipubl. interest, l. 16. D. d. t.
Omnium enim interest innocentes defendi & hominem homi-
nis beneficio affici, l. 7. D. de serv. export. M. Wes. in parat. de appell.
n. 7. Inveteratā tñ. Germaniæ consuetudine in causis criminali-
bus appellationes non admitti, testatur Myns. 2. obs. 98. n. 4. §. cent.
4. obs. 41. Geil. in tr. de pace publ. lib. 1. c. 20. Bachov. in sæpius dicta Tr.
diss. 33. tb. 3. R. quod in plerisque Germaniæ locis verum dicit, M.
Wes. in parat. de appell. recip. n. 3. Bocer. in tr. de Jurisd. c. 3. n. 84. §.
seq. dissentire videntur Dan. Moller. 4. Semestr. c. 33. & M. Berlich.
p. 1. concl. 50. n. 29. §. seqq. Quicquid sit, in Camera tñ. appellationes
in causis criminalibus non recipi extra dubium est, R. A. sub. Imp.
Carol. V. zu Augspurg. A. 1530. §. Item als jetzt etliche zeit etc. & Cam. B.
D. p. 2. tit. 28. §. Item nach dem auch. Geil. 1. obs. 1. n. 27. quia
vigore Ordinationis. Camera, parti. 2. tit. 28. §. vnd son-
derlich etc. causæ criminales omninò nullæ, exceptā fractā pace,
recipiuntur. Myns. d. obs. 98. n. 8. §. Resp. 7. decad. 1. n. 15. Dan. Moll. d.
loc. n. 6. Chr. Befold. in Thesaur. Pract. in vocabulo wiederuff p. m. 855.
De Jure Sax. si processus inquisitorius (qui ut plurimum institui
solet, & hodiè Remedium ordinarium factus est, Joh. Georg.
Elect. Sax. in der Policey Ordnung sub dato 23. Aprilis An. 1612. tit.
von Justitien sachen §. 5. v. vnd weil beydes die Rechte etc.) contra
Reum fuit institutus, appellationem non admitti rectè defendi
posse crediderim.

LXI.

V. *Finitio*: Sententia hic in ipsosmet Litigantes, non Tertium accessorium concipienda est. Boc. d. *Disp. tb. ult. Berl. d. concl. n. fin.* Geil. i. *obs. 122. n. fin.* Gilhauf. *arb. jud. p. 3. c. 8. p. m. 594. n. 12.* Ita Jod. Damhaud. *in prax. civ. c. 98.* Sed quamvis, inquit, adjunctus ita tunc processum producit & peragit, in nullis tn. locis & actibus de eo adjuncto mentionem facturum erit, sed ne in principali quidem sententiâ, quia hic Principalis non est. Deinde ipsa sententia. debet esse conformis libello, & nominibus Partium in processu principio præmissarum. *Et paulo post*: Nihilominus quamvis ipsius adhaerentis nomen in sententia non exprimatur, eadem tn. sententia per consequentiam ipsi adhaerenti aut profuerit, aut ipsi præjudicio vel damno erit. Quæ tamen fallere dixerim, si Tertius Principali non appellante pro suo per consequentiam interesse appellavit, quod fieri posse supra *tb. 58.* ostendimus.

LXII.

De articulis interventionalibus, & formulis in Interventione usitatis non pigebit consuluisse Em. Rosb. *in prax. civ. t. 47. de interventione,* & Ludov. Gilh. *arb. ju. c. 5. ramusc. 3. n. fin.*

LXIII.

Prius quàm finis Disputationi nostræ imponatur, haud incongruè disquiri putaverim; Num exceptio de Jure Tertij, à quo Reus nullum jus vel causam habet, admittatur? Et verius ac communiter receptum est, illam regulariter non audiri, *l. 4. § 7. D. si serv. vind. vel. consil. 15. n. 97.* nisi sit in totum juris & petitionis Actoris exclusiva, Goth. *ad. l. 6. C. de serv. fug.* cujusmodi est exceptio de Dominio Tertij, *l. fin. C. de R. V. J. P. Surd. decis. 144. n. 19.* quæ non tam est de Jure Tertij, quàm de non jure agentis, quem sine actione agere in effectu concludit. Thesaur. *decis. 4. n. 1.* & ideò etiam post litem contestatam potest opponi. Hillig. *in D. E. lib. 20. c. 7. sub lit. D. in nor.*

LXIV.

Ulterius eleganter quaeritur: Utrùm Tertius habens in viciniâ cauponam, Molendinum, furnum etc. utiliter experiri possit contra Dominum subditos suos ab alio, quàm à se cerevisiam emere, & alibi molere, aut panem coquere, quod antea ipsorum

D/ 2.

arbitrio



arbitrio erat relictam, prohibentem? Affirmativa subscribere non dubitamus. Nam, etiam si quidem cuilibet pro lubitu in re propria versari, suæq; utilitati servire permissum sit, *secundū vulgata Jura*, Id tamen jure, non injuriā aut nocendi animo fieri oportet, *l. 38. D. de R. V. l. 1. §. 3. & 6. D. nequid in flum. publ. l. 16. D. de R. 7. & c.* Quare Justitiæ & æquitati naturali maximè consentaneum est, ut, si subditis istiusmodi iniqua, injusta, & naturali libertati contraria lex imponatur, non tam ipsi subdiri, quàm vicini, quorum molendinis & furnis per hanc legem vel statutum Reditus & debitæ pro molitura vel pistura pensiones subtrahuntur, ejus impugnandæ jus & potestatem habeant, *arg. l. 4. D. de decret. ab ord. fac. l. 2. C. de dec. decur. lib. 10 l. 5. C. de censib. lib. 11.* etiam si publica utilitas tali mandato prætexatur A. Rauchb. *p. 1. q. 27. n. fin.* Ac ita à Dicasterio Provinciali Lipsensi in causa oppidi *Tauchen* contra *Leipzig* judicatum, ejusque sententiam in secunda Instantia in Aula Dresdensi à Judicibus Appellationum approbatam, idemque à Wittebergensis Curialis Judicij Assessoribus pronunciatam esse in causa oppidorum *Eitzen* contra *Meresburg* testatur A. Rauchb. *d. lo. quem, ut & Cravett. de antiq. temp. part. 4. n. 7. cum seqq.* de hac quæstione vide plenius.

Corollaria.

1. Exceptio non numeratæ pecuniæ potest opponi etiam post biennium, si debitor onus probandi, in se suscipere velit.
2. Filius per subsequens matrimonium legitimatus succedit in Fendum.
3. Confessio coram Sacerdote Confessionario facta, in dem *Reichstuhl*/nihil operatur in Judicio; Ideoque nec ad juramentum purgationis, nec ad inquisitionem est sufficiens.
4. Civitates Imperiales habent Jura territorialia.

F I N I S.







































153989

ULB Halle 3
003 260 577



R

VD 17



I quibus
pibila
curis pbi
laterie di
cuntur car
te in quib
continen
tur in can
ra cōnes.
Si
dum
nacōnes.
in comos
suas. sim
legem isti
ceremāf.
sed ille in
cūis co
mo hec fi
unt post
publica
conem bo
noze in ex
isum mit
atur. ut. C.
re malefi.
nullus. ac.

On
lice:
at. ppter
segetes.
nunquid
ergo hic
reprehēdi
tur astro
nomanū

ritus ignarus ideo tñ bñdus ē diuinus.
Quid aut mirū si quē admodū ille corpis
bumani vel perturbata uel mortificata tem
perie seu bonas seu malas futuras puidet
ualitudines. sic demōes in aeris affectōe
sibi notas nobis ignotas puidēt futuras
tēpestates. Aliquū boīm etiā disposicōes
nō solū uoce platas ueruz etiā cogitacōe
dceptas. cū signa qdam ex aīo expmū
tur in corpore tota facilitate pdiscūt. atqz
hinc etiā multa futura inūciant. alijs vi
delicet iura q̄ ista disposita nō nouerunt.
fallunt etiā itē dū fallēdi munda volū
tate q̄ boīm ei rox et erantur. s; ne apud
cultores suos pōdus auctoritatis amit
tant. id agūt vt inter p̄bō suis signoꝝ
q̄s suoꝝ. diectorib; culpa tribuat q̄n ipi
mali dcepti fuerint vel mēti. Nō unq̄
uero ipsi maligni spūs et illusoꝝes boīm
atqz inuasozes salutis coꝝ. solēt pdice
re defectū culare sue et ydoloꝝ. ruīnam
quatinus p̄sen videātur q̄d in singlis re
gimīs ā locis ueruz et q̄d aduersi sue fa
ctōm ottingere possit. q̄d etiā illi q̄ genū
bistorias legūt nō ignorāt. Quid ergo
mirū si iam imminēte tēploꝝ. et simulacro
ruy. euerhōe quā p̄b; dei sumi tāto an


illa plere facit. Vnde
et nouissima annūciatē in
estis. Cultores uero ydolo
mūione supandi sūt. Sōnā
ad corinthios. si q̄s frat̄ fo
rus aut ydolis fuēs cū ei
bū sumere. **H**inc ē in d
rj iūmoris legit.

Quis ariolos arusp
res obfuaugrit ā pbi
vius fuerit anathema fit. C
ritano scilio. ca. xxxij. **Q**

Ni diuina cōes expē
um subsecūtur. uel in domo
di boies introducunt ex q̄r
magica ā expiādi cā sub re
iaceāt scdm gradus peniti
Ite ex oculi. martim ipē.

On liceat re nō licet
xp̄iams tenē tradicō
tuare uel colere elemēta ā
cursus. ā manē signoꝝ. fall
faciēda. uel ppter segetes
tādas uel dūngiā.

*Processus de p̄b; p̄b;
Hij & Reuocet.*



AUSPICE CHRISTO
DISPUTATIO JURIDICA

De
TERTIO IN-
TERVENIENTE,

Quam

Autoritate Magnifici & Amplissimi Jureconsulto-
rum Ordinis, in Illustri ad Albim
Academia,

P R Æ S I D E

JOHANNES STRAUCHIO,
Jcto, Elect. Sax. Consiliario, Collegij Juridici
Ordinario, Decretalium Professore Publico, Curia Ele-
ctoralis & Consistorij Ecclesiastici Assessore.

Publicè ventilandam proponit

AUGUSTINUS STRAUCHIUS

Delitianus Misnicus.

Ad diem 2. Martij. horis antemeridianis.

WITTEBERGÆ,
Excudebat JOHANNES RÖHNERUS,
ANNO M. DC. XXXVII.

521.

30

